

13  
Quare quid in isto tam raro, tam periculose  
negocio ageudum sit, te consulo, & rogo per pietatem  
Christianam, ut hac in re subuenias. Nosti istius ad-  
uersarij technas & arma, nosti etiam quomodo illi re-  
sistendum sit, ut tandem aliquando exterminaretur.  
Quod si tibi per negocia non licet, alium quempiam  
surroges. Et si quis esset isthic, qui liberaturus suis  
orationibus esset, sunt hic aues pietatis amantes qui suo  
sumptu eundem ad nos adferri curarent. Quod si fa-  
ctum fuerit, primum deo opt. maximo, deinde omnibus  
Christiane religionis studiosis tam gratum faceres  
quam quod gratissimum. Bene uale, Puellaq;  
demoniacæ non sis per Deum imme-  
mor. Francoforticis  
Viadrum etc.

D. Andreas Ebert Eccle-  
siastes Francofordianus